



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Concionatur Guilielmo Principi Bauaro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

publicum rati, si modesti sint. Expeditus ea quasi muta declamatione, mortuoq; magisterio obe- diens Doctor ad vocalem pugnam, viuamq; do-ctrinā accingitur. Ieiunij Magni tempore Gui- lielmo Duis Alberti filio Principi Landeshutæ à

*Concionatur
Guilielmo
Principis Ba-
varo.*

sacris concionibus fuit annis duobus continuis. Quo tempore cum alia effecit apud Principem, tum vt aulicos quosdam ad officium reuocaret, vtq; nouas, & amplias indulgentias vni, alterique Bauariæ Templo, Oettingensi, opinor, & Don- tenhausiano quæ religionis gratia peregrini cele- brant, impetriaret; tum vt libros salutares sua co-emptos pecunia passim inter populum sparge- ret. Turcam etiam quendam Catechismo infor- matum præclara cæremonia sacris aquis admo- uit, magno totius populi motu ob splendorem, ac Maiestatem sacrorum rituum, & adiunctas Indulgentias, quas ipse Canisius & impetrarat à Nuntio Apostolico, & magnifice promulgarat.

Libenter autem apud talem virum, ac Principem fungebatur eo munere legatus Christi, quod insi- gnem ille præ se ad pietatis cultum propensionem ferret, in visendis, & consolandis ægrotis sedulus (verba Canisij sunt) in aula sua bene constituens

*Lauda Gui-
helmi.*

p da se-